Kat. Kons.

BIBLIOTHECA UNIV. IAGELL. CRACOVIENSIS

33678

III Mag. St. Dr. P

dverse

Barański Stani David gentis Israëliticae ab obsidione Philisthinorum liberator —

1746.

Poetæ

N. 423.

POËTAE POLON.

N.

# DAVID
## Gentis Iſraeliticæ
Ab obſidione Philiſthinorum
# LIBERATOR
Sub Allegoria
# CHRISTUS DOMINUS,
Humani Generis
# SALVATOR,
Scenico apparatu
*Per*
*ILLUSTRISSIMAM & NOBILISSIMAM*
Scholæ Grammatices JUVENTUTEM
*In*
Claſſibus Novodvorſcianis
Luci Publicæ
# DEMONSTRATUS.

*Annô Salutis humanæ 1746. Die 5. Aprilis.*

CRACOVIÆ TYPIS UNIVERSITATIS.

# In Stemma Gentilitium
# ILLUSTRISSIMÆ
# ŁĘTOWSCIORUM
# DOMUS.

33.678.III



BIBLIOTHECA
UNIV. IAGELL.
CRACOVIENSIS

Patria non timeat lapſum, nec fulmina Cæli,
His obſtare malis utraq; prompta MANUS
Tendit ad Aſtra Poli, cur ſurſum Veſtra SAGITTA?
Omine non vano, Culmina ſumma petit.
ANNULus hic fractus, medio cùm prominet Orbe,
Semper Lechiadum, gloria tota manet.

ILLUSTRIBUS & MAGNIFICIS DOMINIS

# MICHAELI
# &
# STANISLAO
## à ŁĘTOW
# ŁĘTOWSCIJS

SUBDAPIFERIDIS CRACOVIENSIBUS,

Novodvorſcianæ Palladis Cultoribus,

Dominis ac Mecænatibus

Ampliſſimis.

FUneſta patientis Chriſti Scena, dum ſub Allegoria acerrimi Iſraëlitarum Gentis Defenſoris Davidis, in publicum Orbis prodit Theatrum, in cujusnam manibus locari debeat? dum ſpectator tam mæſtiſsimi doloris dubius hæret animus, en videt expanſas Illuſtriſsimæ Domus Veſtræ Gentilitias Manus, ad excipiendam tam lugubrem Salvatoris Noſtri Tragædiam, paratiſsimas. Illuſtres ac Magnifici Domini. Cælum Illæ versùs erectæ ſunt; quidni è ſidereis arcibus Miſſum expetant, quidni ſalutis humanæ Authorem omni reverentia amplectantur. Ad ſtelliferum elevatæ Olympum, forſitan propitia vellent in terram declinare Aſtra, aut Quem antea cum rore Cæli benigno diu

*exſpectaverant ſæcula, nunc in tempore Generis humani Redemptorem excipiant, adorent, venerentur.* SAGITTA *Gentilitia ſignum inexhauſti amoris eſt, quô ſauciatus erga Genus humanum* Æternus Amor, *præ ingenti ſalutis humanæ ardore languet, etiam minimas de corpore ſui paratus effundere ſanguinis guttas, modò per effuſum cruorem ſalus redintegretur humana, modò per rubicundum patientiæ Chriſti mare, navis vitæ mortalium, portum felicitatis ſuæ attingat fortunatum. Si alibi Sagitta meta doloris eſt, hic certe in funeſto doloroſi* SALVATORIS *proſcenio; quâ Author ſalutis humanæ ex pharetra Crucis mortiferum infernali hoſti inflixit vulnus, quâ metam & terminum Generi humano deſignavit ſalutarem. Si alibi Sagitta meta Honorum eſt, hic in* Illuſtriſſima ŁĘTOWSCIORVM Domo *ampliſſimarum dignitatum centrum, & altum ſupremarum Curulium ipſisq; Majeſtatibus proximum tenet locum. Equidem ſi præcelſam Conſanguinitatis Arborem Rhetorica Schœnotene metiri licebit, numerus non ſufficit Oratorius, cujus quantitas in ſublime excelſorum provecta honorum, ipſum Olympum tangit, nulla laudum periodo vel protenſa præconiorum Theſi menſuranda. Excrevit Hæc in uberrimos inter Lechiadum viridaria ramos, adeò; ut non tantùm ex illa facundi pro bono Patriæ & Eccleſiæ prodirent Mercurii, ſed etiam Ducum Clavæ, Mareschalcorum Scipiones, Cancellariæ Sigilla, & innumeræ Senatoriæ efformarentur Curules. Radices frondiferæ Arboris hujus ſi ſpectes, præclariſſima* KOSCIELECCIORVM & DZIAŁYNSCIORVM *Nomina cerne; in quibus velut in Cardinibus Polonus circa centrum proſperitatis ſuæ rotabatur Orbis, Qui præcelſæ* Domui *Originem primaq; fundamenta dedêre. Tenente adhuc* BOLESLAO III *Regia Sceptra Faſcesq; imperii feliciſſimè moderante, jam ſurculis ex iſtis frugiferi in vinea Chriſti ſur-*

texêre

*rexêre palmites, in fulcra Patriæ & Eccleſiæ ſtabiliſsima.* E-piſcopus Chełmenſis & Abbas Paradienſis *uterq; Polonæ Gloria Gentis, uterq; Fidei, Legum, Libertatisq; acerrimus Defenſor. Explicuit dein copioſos non tantùm illuſtrium facinorum, ſed omnigenæ probitatis fructus, poſtquam in* Abavo Veſtrûm & STANISLAO Proavo ŁĘTOWSCIIS *amplius per Orbem Polonum dilatari cæpit, virentesq; triumphorum proferre laureas, quas ſibi magnanima dexteritate & generoſo auſu, Martem ipſum ſpirantes Heròés meruêre immortales. Ex hac Arbore jam Sagittæ & arcus, contra immenſas Tartarorum parabantur Copias, jam Polonis triumphales extruebantur Obeliſci, jam ex illa ſub Invictiſsimo Poloniarum Rege* IOANNE III *ad defendendam Patriam, ad tutamen aureæ libertatis, mille Clypei pendebant. Vidit tantam dexteritatem ſtantemq; ſuam laudem in* STANISLAO à Łętow ŁĘTOWSKI Vexillifero Palatinatûs Cracovienſis, Judice Becenſi, Avo Veſtro Digniſſimo *Patria, Quem heroica facinora, ſub Sereniſsimo & Potentiſsimo Poloniarum Rege* IOANNE III *glorioſiſsime peracta, adusq; publicæ commendant luci, Cujus Nomen Avitâ* SAGITTA, *barbaras ſub* AVGVSTO II *toties infringens turmas, ſub ſidera tollit. Æquiſsimus* Iudex *illud ſemper maximum habuit pro Legibus arma ferre Patriis, Libertatemq; tueri. Ex Aquilarum nido imbelles non provolare Columbas, ex jubati Leonis cubili, leporinos non prodire animos, ſi pridem univerſus ſpectavit Orbis, hìc in* Illuſtriſſima ŁĘTOWSCIORVM *experitur* Domo, *quam non degener Æneas ab Anchiſa, quam non diſpar tonitru Orbis Alexander à Macedone, cujus non tantùm Nominis famam, ſed gloriæ adauxit magnitudinem. Bellatore Gradivo* Avo *Veſtrûm æſtimatiſsimo, Matreq; Camilla* Illuſtriſſima HELENA *è* ZBOROVIIS ŁĘTOWSKA

B Vexillifera

Vexillifera Cracovienſi, Iudicisſa Becenſi, *olim* Illuſtriſsimi MARTINI in Ritwian ZBOROWSKI Caſtellani Cracovienſis *ex* ALEXANDRO *Filio Neptis qualisnam debuerat prodiiſſe Filius, niſi Marte & arte potens,* STANISLAVS à Łętow ŁĘTOWSKI Subdapifer Cracovienſis, Parens *Veſtrûm digniſſimus. Hic vivam in ſe Genitoris dilectiſſimi exprimit imaginem, non tantùm Nomen, honores, ſed & egregia facinora Parentis in ſe præſentando. Crevit à teneris annis ad magna nata indoles, ſub ſcholaſtico æſtuans Phæbo, ex tam ſudoriferis guttis pretioſas virtutum & ſapientiæ gemmas collectura. A pharetrato Apolline ad Martis laureas, ex literaria arena in Gradivi progredi aciem, mens animusq́ generoſus fuit; daturus tandem dexteritatis ſuæ documenta, quantùm foris quantùm in publico* SAGITTA *valeret* GENTILITIA. *Loricatæ Cohortis Sereniſſimæ Majeſtatis* Vexillifer *id omnino curare non deſinit, ut ſub tanto Labaro Victrices Polonis naſcantur palmæ, & triumphi immortales.* Judex Becenſis *Digniſſimus quamcunq́ in Areópago Divæ Themidis profert ſententiam, Delphici Apollinis oraculô certior eſt, quidquid pro juſtitia loquitur, aurô Cedrôq́ dignum, huic unicè attendens, ne deſit ſceleri timor, & tutamen calamitoſæ virtuti. Tantis Domûs Veſtræ ſplendoribus majorem adauget* Illuſtriſsima CONSTANTIA *ex* Iordanis ŁĘTOWSKA, Subdapifera Cracovienſis, Iudiciſſa Becenſis, *olim* Illuſtriſsimi & Excellentiſsimi Domini Michäelis de Zakliczyn IORDAN, Palatini Bracłavienſis, Capitanei Dobczycenſis &c. Filia, Parens *Veſtrûm æſtimatiſſima, Quæ omnes in ſe gratiarum complexa Charites, nihil didicit loqui, nihil conſuevit ſpirare, niſi ſolos illosq́ beneficos favores. Animus ſupra ſexum elevatus, Pietas erga Superos & modeſtia innata, effuſa in pauperes liberalitas, non tantùm Illam Orbi commendant, ſed ad ipſa ſidera tollunt. Hâc Polonâ Alcmenâ prodiiſtis in lucem, teneriores Achilles* Illuſtres & Magnifici Domini, *de Quæ honeſtiſſimos mores, Cælo dignas actiones, ipſamq́ probitatem cum lacte ſuxiſtis. Nobilioris Lucinæ è ſinu Iagellonico Vos contuliſtis manipulo, uberriorem Patriæ fructum allaturi. Primus in bicolli Parnaſſo* MICHAEL *cum hoſte ignorantia acriùs decertans, palmam triumphalem meretur; Alter* STANISLAVS *per gradus Grammaticos ad ſublimia eluctatur, uterq́ ſibi laus & encomium, uterq́* Illuſtriſsimæ *ſolatiũ* Domûs, *& futurum Patriæ ornamentum. Ampliùs laudum Veſtrarum non evolvo monologium, non enim ita ſcholaſtica poteſt evolare penna, ut ſe altè* Gentilitia *Veſtrûm ſublimavit* Sagitta, *nec exigua pagina hæc, ampliſſimæ* Domûs *Veſtrûm Familiæ ſufficit, Cui vel Diphthera Deorum Nomina continente, vel fuſioribûs voluminibûs opus eſſet. Sat Vobis pro gloria, dum intra auguſta Domûs Veſtræ penetralia, ſub figura acerrimi Defenſoris Gentis Iſraëliticæ Davidis* patientem *admittitis* Chriſtum, *ex Cujus profuſi Sanguinis Oceano, ut Vobis ampliſſimorum honorum emergant Corallia, dimidiô annulô integram Vobis cum longæva valetudine habeatis deſponſatam fortunam, voveo & precor.* ILLUSTRIUM ac MAGNIFICARUM DOMINATIONUM VESTRARUM

*Addictiſſimus Cultor*

**M.STANISLAUS BARANSKI Phiæ Dr. Gram. Prfr.**

# ANTIPROLOGUS

FAma è nubibus acerrimi, Gentis Iſràëlitarum Defenſoris Davidis, heroica opera prænuntiat.

*FAmá z obłokow wáleczneg, Narodu Izráelskiego Obrońcy Dawidá, heroiczne czyny opowiada.*

# PROLOGUS.

## ARGUMENTUM

MAndat Dominus per Samuelem Prophetam Regi Saulo, ut pro illata populo Iſràëlitico injuria, demoliat Civitatem Amalec, Regi, Principibus & armentis non parcendo. Saul demoliendam AmalecCinæo committit, Regē, Principes & inſigniora armenta ſine læſione ad ſe ducere injungit; cui indignatus Dominus orantem, pro eo Samuelem increpat, & ut filium Iſai Davidem in Regem ungat, præcipit. Progrediens in Domum Iſai Samuel, victimas ex præda Amalecitarum ultra edictum Dei cremantem Saulum arguit, futuro Regni ejus interitu prædicto, Davidem in Regem ungit. David à Samuele unctus, dolores Saulo à ſpiritu malo inflictos, Cytharæ modulamine lenit: inde domum reverſus, ad gregem Leonem & Vrſum ſuffocat. Tandem ad Caſtra Iſràëlitarum à Patre miſſus, audiens cavillantem, Gentem Iſràëliticam, Philiſthæum, cum ipſo congredi cupit, ad Regem à Miniſtris vocatus & in Defenſorem Iſraelitarum electus, contra Goliam non loricatus progreditur,

quo in acie proſtrato & capite ejus in haſta Regi allato, iterum cum parva copia militum contra militiam Philiſthinorum à Rege mittitur, qua devictâ cum triumpho redit & captivos Regi præſentat. Rex invidendo tantam Davidi victoriam, plauſus in fraudem ciere jubet, ſed his offenſus, Davidem locò gratitudinis enſe perimere tentat.

*ROskázuie BOG przez Sámuelá Proroká Saulowi, áby zá uczyniona ludowi Izráelskiemu krzywdę zburzył Miáſto Amálecytow, Krolowi, Xiażętom y inſzym dobytkom nie przepuſzczáiac. Saul do zniesienia Miáſta Amálek, Cyneuſzowi ordynáns dáie, Krolá, Xiażętá y znácznieyſze ſtádá bez ſzwánku do śiebie przyprowádźić każe; o co rozgniewány BOG ná Sáulá, modlacego ſie zá niego Sámuelá łáie y áby Syná Ieſſego Dawidá ná Kroleſtwo námázał roskázuie. Idac do domu Ieſſego Sámuel ofiáry z zdobyczy Amálecytow nád zakaz Boski palacego Sauá ſtrofuie, o przyſzłey Kroleſtwá Iego zgubie oznáymiwſzy, Dawidá ná Kroleſtwo námázuie. Dawid od Sámuelá ná Kroleſtwo námázány, boleśći od złego Duchá Saulowi zádáne melodya Lutni ſwoiey uſpokaia: ztámtad powrociwſzy ſię do domu, przy trzodźie Lwá y Niedźwiedźiá zábiia. Potym do obozu Izráelskiego od Oycá posłány, słyſzac poſponuiacego Narod Izráelski Goliatá, z nim ſie potkáć prágnie, do Krolá od Miniſtrow przywołány y Obrońca Izráelitow obrány, przeciwko Goliatowi bez zbroi idźie, ktorego ná plácu położywſzy y głowe Iego ná włoczni do Krola przynioſzſzy, znowu zmáła kwota ludźi przećiwko woysku Filiſtynskiemu od Krolá komenderowány; ktore zwyćiężywſzy z tryumfem powráca y zábránych w niewola prezentuie Krolowi, Krol zazdroſzczac ták znácznego Dawidowi zwyćieſtwá, ná zdrádę ápplauzy czynić każe, lecz tymi urażony miáſto wdźięczności mieczem Dawidá zábić uśiłuie.*

ACTUS

# ACTUS I.

## SCENA 1ma.

MAndat Dominus per Samuelem Prophetam Saulo Regi, ut pro illata, populo Iſraelitico ex Ægypto redeunti injuria, demoliat Civitatem Amalec & omnes ibidem manentes etiam cum armentis tollat.

*ROskázuie BOG przez Sámuelá Proroká Krolowi Saulowi, áby zá uczyniona, ludowi Izráelskiemu powrácáiacemu ſię z Ægiptu krzywdę, zburzył Miáſto Amálecytow y wſzyſtkich tám mięſzkáiacych y z bydłem wyćiał.*

## SCENA 2da.

SAul convocatîs ad ſe belli Ducibûs, Cinæo expugnandam Civitatem Amalec committit, & ultra edictum Dei, Regem & Principes cum inſignioribus armentis illæſos ad ſe ducere, plebem autem cum deteriori grege tollere mandat.

*SAul ſprowádziwſzy do ſiebie Hetmánow, Cyneuſſowi do áttákowánia Miáſtá Amálek ordynáns dáie, y nád wyrok Boski, Krolá y Xiążętá z znácznieyſzemi bydłá ſtádámi bez obrázy do ſiebie przyprowádźić, poſpolſtwo záś z podleyſzemi trzodámi wyćiać roskázuie.*

## SCENA 3tia.

CInæus expugnata Civitate Amalec, plebem cum deteriori grege tollit, Regem & Principes cum inſignioribus armentis captos ad Regē ducit.

*CYneuſz dobywſzy Miáſtá Amálek, poſpolſtwo z podleyſzemi trzodámi wytina, Krolá y Xiążętá z znácznieyſzemi ſtádámi w niewolą wźiąwſzy do Krolá prowádźi.*

## SCENA 4ta.

INdignatus Saulo Regi Dominus, interitum Regno ejus minatur, orantem pro illo coram Arca Samuelem increpat, & ut Filium Iſai Davidem in Regem ungat præcipit.



Rozgniewány

R Ozgniewány BOG ná Królá Saulá, zgubá Kroleſtwu Iego grozi, modlącego ſie zá nim przed Arką Sámuelá łáie, y áby Syná Ieſſego Dawidá ná Kroleſtwo námázał roskazuie.

S C E N A 5ta.

SAulum ex præda Amalecitarum victimas cremantem Samuel arguit, & futurum Regni Ejus interitum prædicit.

*SAulá z zdobyczy Amalecytow ofiáry pálącego Sámuel ſtrofuie y przyſzłą Kroleſtwá Iego zgubę opowiada.*

# Intermedium

# ACTUS II.

S C E N A 1ma.

SAmuel ad Domum Iſai venit, & juxta præceptum Domini, Filium ejus minimum David in Regem ungit.

*SAmuel do Domu Ieſſego przychodźi, y według przykazu Boskiego, Syná iego naymłodſzego Dawidá ná Kroleſtwo námázuie.*

S C E N A 2da.

SAul à Dæmone obſeſſus petit Miniſtros ſubvenire ſibi, Miniſtri amore Regis perciti, promittunt ad leniendos dolores conducere Cythariſtam David.

*SAul od Czártá opętány proſi Miniſtrow áby go rátowáli, Miniſtrowie miłośćią ku Krolowi wzruſzoni, obiecuią do uſpokoienia bolow ſprowádźić Lutniſtę Dawidá.*

S C E N A 3tia.

DAvid à Miniſtris conductus præſentatur Regi, quem Rex grato animo ſuſceptum obligat, ut eum ſuæ Cytharæ modulamine recreet, recreatus Davidem Domum remittit.

*DAwidá ſprowádzonego prezentuią Miniſtrowie Krolowi, ktorego Krol mile przyiawſzy obliguie, áby go ſwoiey Lutni wdźiękiem rozweſelił, rozweſelony Dawidá do domu odſyła.*

## S C E N A 4ta.

SAul Davidis modulamine vivacior, exit contra Philiſtinorum potentiam, quem horrendus Golia unà cum exercitu ejus ex acie fugat.

*SAul Dawidá otrzeźwiony melodya, wychodźi przećiwko Filiſtyńczykom, ktorego ſtráſzny Goliat y z woyskiem iego z plácu ſpędza.*

## S C E N A 5ta.

DAvid paſcendo gregem Patris ſui, Leonem & Urſum ex tesquis proſilientes & oves diſpergentes ſuffocat, quem (laudata priùs dexteritate) Pater ad caſtra Iſràëlitarum mittit, ut Tribuno & Fratribus ſuis alimoniam ferat.

*DAwid páſac trzodę Oycá ſwego, Lwá y Niedźwiedźiá z knieie wypadáiacych y owce roſpraſzáiacych zábiia, ktorego (pochwaliwſzy wprzod odwagę) Oćiec do obozu Izraelskiego poſyła, áby Rotmyſtrzowi y Brátom ſwoim prowiant zániosł.*

# Intermedium

# A C T U S III.

## S C E N A 1ma.

DAvid in caſtris, audiens provocantem Iſràëlitas Goliam, cum ipſo congredi cupit; ex conſilio Miniſtrorum ad Regem vocatus & in Defenſorem Iſràëlitarum electus, abſq; lorica contra Goliam progreditur.

*DAwid w obożie, słyſząc wyzywáiacego Izráelitow Goliátá z nim ſię potkáć prágnie; z rády Miniſtrow do Królá przywołány y Obrońcá Izráelitow obrány, bez zbroi przećiwko Goliatowi idźie.*

## S C E N A 2da.

DAvid cum Golia congreditur, quem párvo lapillô ex funda emiſſô in acie proſtrat, & gladiô ejus caput amputat.

*DAwid z Goliatem ſię potyka, ktorego máłym kámyczkiem z proce rzuconym ná plácu zábiia y mieczem iego głowę ućina.*

## S C E N A *3tia.*

DAvidi, caput Goliæ amputatum ad Regem in haſta ferenti, applauſus inſtituuntur, quibus Rex offenſus, Davidem ut intereat cum parva legione contra Philiſtæos mittit.

*DAwidowi, głowę Goliatá ućiętą do Królá ná włoczni przynoſżącemu ápplauzy czynią, ktoremi uráżony Krol, Dawidá áby zginął z niewielkim pułkiem przećiwko Filiſtynczykom poſyła.*

## S C E N A *4ta.*

DAvid parvâ copiâ, militũ totum Philiſthinorum exercitum aggreditur, & in acie vincit.

*DAwid w máłey kwoćie ludźi ná wſzyſtko Filiſtynczykow woysko uderza y ná plácu zwyćięża.*

## S C E N A *5ta.*

DAvid devictâ Philiſthinorũ potentiâ, cum captivis redit, cui Rex applauſus ingeminare jubet, ſed his iterum offenſus, Davidem ob invidiã tantorum triumphorũ lanceâ interimere ſatagit.

*DAwid zwyćiężywſzy Filiſtynską potęgę, z niewolnikámi powráca, ktoremu Krol applauzy czynić każe, lecz tymi znowu uráżony, Dawidá zazdroſzczac mu ták wielkich tryumfow, włocznią zabić uśiłuie.*

# GENIUS
## Intermedium
## EPILOGUS.

Permiſſu Magnifici Domini RECTORIS.

BIBLIOTHECA UNIV. IAGELL. CRACOVIENSIS

XX. 2. 8.

Biblioteka Jagiellońska
stdr0023077